

Est convetudo natura fortior unco:

quod natura negat, mos veteranus amat.

Hic in antiquam transacto Paschale sylvam:

saepius amissum quis recipit socium.

Daemon languabat monachus tunc esse volebat,

postquam convaluit, mauret ut ante fuit.

Aevet mores raro fiunt meliores:

quod peius citius discitur et melius.

Mos nunc naturae fiet correctior arte

quod male nutritus, vix bene corrigitur.

Tempus es illius socii, quem fecerat usus,

multo fit fortis sole geluque cutis.

Quod puer aversit leviter dimittere nescit,

inveterata sapit, quod nova testa capit.

Ure cabenatus nescit canis inveteratus,

non vult in liquidis ire pedestes aquis.

Fallere qui didicit, se fallere semper amabit,

qualiter averscet, sic etiam faciet.

Ihu canis in cano, canit omnia de cane cano.

hinc tu cane canis de cane cane canis.

Semper esunt nigri, qui sunt carbone magistri:

ut se quis sociat, sic sua se maculat.

Et citius sudant indutia quae prius extant:

ut quis adhaerebit, sic quoque tinctus erit.

Non intret molam, qui vult vitare farinam,

in rate non maneat, si fluvium timeas.

Fido fit captus, qui mentibus est sociatus,

ut se quis miscet, sic aliquando nitet.

Ardet ole^{um} facili, si stramen iungitur igni,

solus cum sola non facient patula.

339

T.
Templum Sacra Domus.

Si cor non orat sine fructu lingua laborat,
non vox, sed votum praebet adire Deum.

Non omnes sancti, qui calcant limina templi,
nec quisvis medicus, cui valetudo scopus.

Sponsa volens nosci defoedat limina templi,
in quo quem voluit saepe videre cupit.

Omne stat erectum coeli pro numine templum
templum sacra domus, quam coluit Dominus.

Crimen avaritiae, ditumque nefas Simoniacae,
absit ab Ecclesia liberiore usa.

Et templo gentes Christus percussit ementes,
aut modo furaces et bone Christie faces?

Christo prima domus servivit Virginis albus,
dum stabulum servit nonne secunda fuit?

Pro Jesu Christo fit tertia cruce crucifixo,
Christi quarta domus trinus erat tumulus.

Ora, vel canta, vel Christum cum poese lauda
est pro devotis sacra domus populis.

Nulla iunctura rotam turbat nec missa diaetam,
ut nihil amittit, qui sacra templa colit.

In templo quovis praesens Deus est et ubivis
exauditque rem qui rogitavit eum.

In templo pietas viglet, vel mitis honestas,
et non garrulitas, vel mala scurilitas.

Deponas nugam veniens ad Numinis aulam,
templum quando subis cum Domino loqueris.

Ut canis iratus in templo tu fuge rixas,
exeat ex templo quisque malignus homo.

Templum, sunt homines, sic dixit Paulus ad omnes:
suntque Dei vivi templa domus Domini.

Ergo domum sanctam veneremus in omnibus illam
quam Dominus sponsam dixerat esse suam.

Exprimit Ecclesiam fidei candore venustam
haec ait ipse canon: filia pulchra Sion.

Ecclesiam veram Paulus praedixerat unam
haereticus veram non habet Ecclesiam.

huius credit veram, vult sanctam credere, et unam
quoque vult etiam credere catholicam.

his tribus Ecclesiam signantur Nomina veram,
omni qui credidit, verior esse nequit.

haereticus variam, sed nunquam credidit unam,
hinc etiam veram non habet Ecclesiam.

qualibet occultam vult haeresis horrida sectam,
ergo catholicam non habet Ecclesiam.

Nullos exorat sanctos, miracula damnat,
quid mirum sancta si caeret Ecclesia.

haereticum quivis primo dat signa prodoris
posthac fit maior conscius ore tubos.

ostquam vice memorem superavit corde tuborem,
postulat errorem multiplicare forum.

Hinc raro aut nunquam sectae invocantur in unam
in mundo notam sed variant variam.

semper privatos, vel paucos tempore matos,
multiviti cunctos angulos haereticos.

Et quia privatam flat qualibet haeresis autam,
nunquam catholicam credidit Ecclesiam. 341

Angulus Europae Lutheri servit inique
hinc etiam pulcos Lutheri habet varios.

Helveta Calvinum defendit adhuc stupinum,
cum paucis aliis, et nimis exiguis.

Arius latitat, cum Graecis omnia tractat,
hinc fors Graecorum non viget imperium.

quis non miretur? Sectarum si recitetur
error, conditio, cum pereunte dolo.

Hac sola ex causa non est Ecclesia vera
quam sectae retinent, vel sine mente docent.

Cum videas unam non esse vel intemeratam
nec nimis antiquam, nec bene catholicam.

Uteant ex nostro sectarum dogmata templo,
ad nostrum templum, iam venient iterum.

Ultra ducentos non floruit haereticos annos
hactenus; hoc Luther credo tenebit ikt.

Centum sunt anni, sunt nonagintaque vani
a quo sic Luther factus in orbe ludus.

Bis pica, bis corvus, fuerat ter fune ligatus
et variis variis scripsit in orbe dolos.

Hinc Lutherani volunt? nunc vocitari
eius discipuli, sed Neo-Evangelici.

Nam pudet ipsum se sic variasse magistrum
hinc Augustani prosiluisse novi.

Augustana placet confessio, ne male quadret
sunt confessores: his? quia nulla fides.

Et quia semper erant sectae, semperque tenebant, 342
Ecclesias tales, qualis et ipsa fides.

Sunt confessores, sed non admittunt fideles
cum teneant aedes, qualis et ipsa fides.

Sed modo nulla fides, nulli sunt ergo fideles,
iste modus sectae, coronet^{ur} absque fide.

Idea rerum facies Calvinis? si modo spectes
dogmata quae variant, et sine fine rotant.

Hi quoque Lutheri variabile dogma secuti,
sunt confessores Helveticaeque gentes.

Idea Lutherano dixi quondam mihi notis,
haec et Calvinus semper ego repeto.

Quod quod erant et sunt sectae quod erunt modo sic sunt:
semper erunt moritas, nulla tamen pietas.

Haereticis falsis, mendacibus undique verbis
spiritus ipse Dei, nil dat ad esse rei.

Non post Calvinum, Lutherum, vel resupinum
haereticum, veram sollicito Ecclesiam.

Nam viget in veris Ecclesia vera loquelis,
templum catholicum monstrat Evangelium.

Christus enim dicit: qui vere in me modo credit,
erunt in Ecclesia signa secuta mea.

Sed nullam video, quae possit pandere mundo
tot signa, excepta catholica Ecclesia.
Ergo catholicam debet qui credere veram
qui non vult sectam sollicitare novam.
Est subiecta suis Ecclesia vera foecellis,
nam similes cuncti fluctibus haeretici.
Haecresis effraenis, vel quaevis turba rebellis
tentant Petrinam perdere naviculam.
Dum mare siccatul, dum Daemon ad astra levatur,
tunc Petri navis grata erit haereticis.
Non placuit cunctis Romana Ecclesia sectis,
cur? quia cunctigenis restitit haereticis.
Ex hoc vel solo poteris cognoscere modo
vera quod in cunctis Roma sit Ecclesiis.
Sicut doctores, sic convenereque Patres,
omnibus in punctis, omnibus inque locis.
Quod semper fuerit, nunc sit, semperque vigebit
Petri sanctae rates, ipsius alma fides:
Naviculae Petri pars est Ecclesia Christi,
Petrus ubi docuit vera fides vixit.
Sed Romae docuit, Romae vitam quoque fedit,
hinc bene Romanam credimus Ecclesiam.
Hanc Paulus firmat, cunctis hanc gentibus optat,
sum de Romano /: sic ait /: ipse loco.
Hinc Lutherorum pudeat sicut male sanum,
qui modo Romanam pernegat Ecclesiam.
Nos in Romano merito veramur asylo,
in quo cum Paulo credimus atque Petro.
Romanam Ecclesiam Patres venerantur ut arcam,
extra quam nulli vera salus Domini.
Ergo Deum Patrem laudemus Cunctipotentem
per Natum, veram qui dedit Ecclesiam.
In qua recta salus, hanc firmat spiritus almus,
hancque ratem nunquam non iubet esse ratam.

Est laus Ecclesiae sanctorum semper ubique,
Sic David dixit, quando Deo recinit.

Sed non sunt alibi tot sancti, totque beati,
quam sunt in vera catholica Ecclesia.

Ergo non aliam, sed veram credimus istam
quae sanctis vixit, quos pia vita dedit.

Haec Romana fuit, quam vere nemo negavit,
qui sanctos coluit, quos Deus ipse dedit.

In sanctis eius laudetur Trinus, et Unus
totus Trias, totus maximus ipse Deus.

Dei Patris, et Genitus, concedat Spiritus almus,
ut dicat veri quivis ore Dei.

Tertea Massa sumus.

Terram stare negas, nobis miracula narras:
haec dum dicebas in tate forsam eras.

In te terrena sunt stultis omnia plena,
astra petit sanctus, terrea massa sumus.

A te terrena sparguntur mille venena,
qui pius existes, terrea non cupiet.

Militat pietas, quam terrea quaeque potestas,
utilitate probat, quod modo mundus amat.

Salvabit pietas, nullum terrena potestas,
haec tibi terra suet, vita sed anne fluet.

Tellus, unda globum faciunt / quis crederet / unum:
scilicet haec manat, semper ab illa manet.

Omnibus in rebus medium laudare solemus,
tellurem in medio credimus esse loco.

Fortiter hinc coelo tellus laudatior alto,
in mundo medium nam tenet illa locum.

Omnis homo subtilis visum deducit ab astris:
astra regunt sensus, sed regit astra Deus.

Et tamen in terris mihi dic homo cur mala quaeris?
Pursum corde sumus terrea rotbet humus.

Terrae perdentur, coelestia sola tuerentur,
Terrae defraudant sidera sola beant.
Omnibus in terris ardentia regnat inermis:
Astrum vincit homo cuncta beata modo.
Delirant homines fallit contentio mentes,
hinc homo nunc homini fit lupus ut memini.
Quid sit pax animal vult nemo scire subinde,
nam quisquis peragit quod placet, atque cupit.
Ille nimis bassum premit, hic nimis elevat altum,
ut vix auditus sit tenor, aut medius.
Est indivisum coelotum spe sine regnum
indivisa tenet, scypt et Deus habet.
Proh! proci in sola regnat divisio Terra,
in qua multimodis sunt mala mixta bonis.
Sed non miseris, nam terra iacebit inanis:
coelum gaudebit plenus et Deus erit.
Spicerat hoc animae corpus sine fine beatae:
te propter terram sicine perdo meam?
Vera salus animal respondit corpori abunde
te propter terram, desero nonne Patrem?
Flamen ego reddeo numenque videre percipio
hinc ego telluri te modo reddo Patri.
Donec ad extremum cum conveniemus, in unum
te mihi det Tellus, me tibi tuncque Deus.
Vae terrenalae magno cruciamine plenae,
nulla quies miseris est modo ferrigenis.
A te terrena sanctorum mens aliena,
terra cui sapient sidera nulla placent.
A te terrena requies removetur amoena,
omnia per funus terra roborat humus.
A te terrena processerunt nocumenta,
terra venena nutrit multa, quibus nocuit.
De te terrena non sibi tibi gloria plena,
in fossa modica clauditur omne quia.

346



275

De re terrena non sit tibi plena crumaena.
coelum, quod recessat, nulla crumaena parat.

De re terrena tua mens non fiat amoena,
in coelis verae sunt morsu deliciae.

In re terrena labor eminent, atque catena,
nullus in hoc mundo stat bene liber homo.

In re terrena nec lex, nec iuris habena,
saepe fit in terra caesa iustitia.

In re terrena nihil est aliud, nisi poena — 347
complementus lachrymis omnia quippe suis.

Rebus in humanis ego quid considero, non quis:
ars in divinis non rogo quid, rogo quis?

Coelum quis spectet, coelum videamus oportet,
nam Deus astra polo, non dedit astra solo.

Nix minimum terrae poterit quis cernere factae,
cum possit coelum cernere dimidium.

Cuius igitur terram coelo praefers? tibi dicam:
Matrem, quam laudas, plus Patre fortan amas.

U.

Velle Dei facias.

Se, sua, conspurcat, qui verum audire recusat,
inque suum proprium labitur exitium.

Omne genus laudis propriis vilescit in aulis:
non est crede satis, si tua facta canis.

Plus laudatori, quam tu tibi credere voli:
si laus vana perit gloria risus erit.

Credulitate erras, non peccas si bona credas:
est error minimum, credere culpa parum.

Cui minimum credit, nec ab illo credo recedit,
hinc tu crede parum, sic perit omne malum.

Si peccare times, stimulent virtutis amores:
remimus et paucos taliter esse bonos.

Improbitas magni probitas tam denique parvi,
panditur ut probum, saepe sit, esse probum.
Invidiam virtus reperit, partemque tenebit
ex virtute unum nascitur hoc vitium.
Quod nihil, et nulli nocet ubique non nocet ulli
non dicas vici, quando tuum didici.
Non manet occultum, quod agis, nec semper inultum 34.
ergo nil facias cui pudeuisse queas.
Laus in fisce sonat, virtus in fine coronat
congrua quae portet praemia finis habet.
Ante Dei vultum nihil unquam restat inultum,
omne Deus pandet, quod modo mundus agit.
Proptus, et absque mora mala devitare labora
quod virtutis habes, destruet una labes.
Invenas virtutem, si vis reperire salutem:
quid quid amat virtus, sibi tibi vera salus.
Est iter angustum, quod ducit ad aethera sursum:
cot, quod se maculat, sidera non penetrat.
Dixit Deo soli, quod amat caro quaerere noli:
omne bonum homo perdidit omnis homo.
Huius vult palvari, tandem sine fine beari:
factilet in mundo quae placere Deo.
Collige thesaurum, qui gemmas vincit, et aurum,
quem fies non tollit, rodere musque nequit.
Huius! stolidae mentes pereunt peritura sequentes,
mundum qui spernit numine plenus erit.
In fraudem multos adducit opinio stultos,
caelum non capiet qui modo flere cavet.
Est animus foedus pangens cum crimine foedus,
culpa non sit amans, sed tua mens lacrymans.
Stat scelus occultum, sed non remanebit inultum:
ultio iusta Dei digna refundet ei.
Non nisi quae turpis foedat sua strata volucris,
non bonus est ulli, qui malus ipse sibi.

Nemo laudat herum, proprium qui vastat acervum,
qui sibi non fuerit, nec mihi rector erit.

Optamus Asium, dum provenit est odiosum,
sic fit non volitum, quod fuerat volitum.

349

Est nunc velle bonum semper laudabile donum,
in rebus magnis est voluisse satis.

Ingenio superas velleu volitare per auras
me mihi pauperies, invida deprimeres.

Idem bene vult spernit, quae nunc praesentia cernit,
velle suum solum, velle suumque Deus.

Iduae quis non curat, nemo servare laborat,
quicquid defendit, quod retinere nequit.

Nilia nunc viles delectant, turpia turpes,
fructus talis erit, qualis et arbor erit.

Crebro falluntur qui nunc incerta sequuntur,
phelus pro dubiis dat manifesta bonis.

Illa age, quae possunt, caveas, quae commoda non sunt
illa manet in re, postera sunt sine spe.

Felicem vitam vis vivere? spernit vitam,
nam misere vivet, qui ratione caret.

Multos audivi verbo sapiente moveri,
phelorum vero mos caret hoc medio.

Cos ampungatur, quod dicit opusque sequatur,
ut doleas vere tu male facta cave.

Nunc fle pro culpis in coelum scandere si vis
nullum quod servit postea tempus erit.

Peccatum vere faciat se saepe dolere
qua vult quaeque via currere curit aqua.

Post peccata pudor prodest, post balnea sudor
Neminis ut vit amor, te juvat iste pudor.

Macula postis munda precor intima cordis,
cos teneas mundum, non repetas vitium.

350

Mens est casta Deus servit castis amor eius
et cupit innotes pondus habere preces.

Corde fluens humili prodest oratio menti:
non clamor, sed amor fit bonus eius odor.
Caelos non penetrat clamor, quem nunc canis orat
ut quis adoptatus saccus, et inde ratetur.
Semper ego rogitō, saccus tamen est, quasi virgo:
qualiter impono sum sabet imposito.
Sancta columba super requiescit vertice semper
me requiesce super, sancta columba ceter.
Ut sit grata Deo, placatque oratio coelo
corde sit ex puro quo meliore modo.
Exige rem iustam si non capis inde repulsam,
saepe malus clamat, sed nihil appropiat.
Esse bonus prospera, nunquam te transeat hora,
quin bona vel facias, vel mala non caveas.
Est Procerum vere procerum corpus habere,
sed citius perget, qui leve corpus habet.
Palmas praevias [?] quando chorizas:
qui miser incedit, praevius esse velit.
Effundens escas raro bene colligit illas:
frustra deploras, quae tua perdidideras.
Foemineus vere dolor est post fata dolere
est opus in vanum post revocare gradum.
Primo sternatur, qui tardus equus reputatur 357
ut res quaeque petit distribuenda venit.
Mus miser est antro, qui tantum clauditur uno
non est plura petens, semper ideum faciens.
Quod volo non possum, quod possum non volo totum,
dicitur in mundo nil, nisi volo volo.
Unus quisque suum digitis contactat attingam
sentiet et melius, qui sibi portat onus.
Lobio cum capitur, tunc piscis captus habetur
plus valet & quam nil sit procul inde nihil.
Non nullus panis, sed dimidius valet omnis
plus valeat modicum, quam placeat nihilum.

Dicitur: oblatum fore servitium male gratum
nam magis dulcescit, quod sibi quisque petit.

Dignus erit magnus, qui parva capit jubilando
Carnibus est dignus, qui bene mandit olus.

Parvum servabis, donec maiora parabis
et modicum luctum fiat abunde bonum.

Collige saepe parvum, magnum cumulabis acerbum,
et rivuli magnum nunc generant fluvium.

Si te contemnant homines, et frivola dicant
nil contra risus dic, nisi me sine sus.

Lata via est, quae nos deducit ad otium
invenit hoc semper se duce caecus iter.

Iussit ad angustam magnus conamine vitam:
ite per angustam littore sacra viam.

Adque angusta locum ducat nisi te via latum 352
ducet in angustum te via lata locum.

Qui vult a mundo se custodire maligno
in fiet citius religione prius.

Qualiter aëreae volitant per tecta columbae
ingreditur sanctus sic pia corda Deus.

Fiant amantes studiosi scire studentes
nemo fit iurans, qui obidet esse bonus.

Laedere qui tentas ut passim fulmina mittas
in caput illa tuum missa tuent propitium.

Urere qua properas, hac flamma te urere tentas,
quaeque paras aliis, his peris ipse malis.

Et velut is, mixtum qui aliis laethale venenum
in scius ipse bibit, fraude suaque perit.

Certe instat apis quae rapta colore furoris
ut stimulum figit prothinus ipsa perit.

Caecat blanda voluptas.

Ipse voluptatem pulchram esse sobrietatem,
obvius apta facit, quae mala pauca sapit.

Spiritus inde perit, dum corpus dulcia quaerit,
quod corpus cupiet, mens pia non faciet.
Mentes corruptas excaecat blanda voluptas
dulcia quaeque fugit, qui pius esse cupit.
Repletur ventres non vult otare libenter
sed vult esse pius. paucis diaeta vitum. 353
Paucis voluptati detentur plura saluti
si parce potes, paucior esse potes.
Parcus versando, parcissimus esto bibendo
non bibe, si sitias, nec satius edas.
Crapula vitetur ne mens corpusque gravetur,
vitabis morbum per stomachum subitum.
Cui charus ventres cibatur hunc tractetque decentem,
ventres sit parvus non suus hic dominus.
Cum genium recreas, cum tempore labitur aetas
est brevis haec hora, qualis tunc absque mora.
Ut felice vivas, est debellanda voluptas
haec iuvenum exitium perdit et irta senum.
Nos solet immundus promissis fallere mundus,
aurum quod mittit, pro stipula redimit.
Dic homo quid speres? qui mundo totus adhaeret
totum deficiet, quid quid in otio nitet.
Pecum nulla ferres licet omnia totus haberes,
quid sis? quid fueris? conice nunc quid eris?
De re terrena procedunt mille venena,
terra suos semper conficit ut colubet.
Quid sis? quid fueris? quid eris? semper mediteris,
si coelum quaeres, terrea nulla geres.
Ut levis est ventus levis est modo vana iuventus:
raro pro coelis nunc probus est iuvenis.
Virtutum florem perdis, perpende tuborem 354
sit Venus ut factor, sit tua vita pudor.
Incrassata caro gustat coelestia raro,
hic quidquid pulchri, fit nihil est mihi.

Ideus quis amas mundum, tibi prospice qua sit eundum
haec via, qua vadis posthula esse gravis.
Incautas mentes fallit spes vana viventes,
perpendunt mundum, non tamen exitium.
Hoc est consuetum, comitantur tristitia laetum:
non semper mundo ridet Apollo modo.
Officines menti dans pinguis fercula ventri,
sunt pleni ventres pigritiae boboles.
Fecerat Adamum mundo Deus unicus unum
factus homo multos fecit in orbe Deos
Sic laudare fabas, velut eburiens sibi gratas,
nec malus est locus, qui vacuus stomachus.
Per nullam mentem discas dulcedinis escam,
donec perdisces quid sit in orbe fames.
Dum moriar, moritur mundus, simul et sepelitur,
est bona mors bona mors, est mala mors mala mors.
Esto memor mortis quo vivis tempore fortis,
pauper recorderis: vile cadaver eris.
Si non dimittis de mente piacula mortis
mors tibi si venit non gravis hostis erit.
Regia Maiestas, omnis terrena potestas
felix, et pauper, dives, et ipse miser.
Prosperitas rerum, series longinqua dictum
dissimiles similes conditione pares.
Flunt absque mora dum mortis sibilus hora,
omne quod escritur terra fit et moritur.
Est nostrae sortis transire per ostia mortis,
solvere pro proo lege tenetur homo.
Mors dicitur legem tollit cum paupere regem,
ut nulli parcat carnis amanda necat.
In modica fossa clauduntur pellis et ossa,
totus de toto pulvere factus homo.
Felix semper eris si ventris commoda spernis,
ac habeas memori mente necesse mori.

Nulla voluptatis causat meditatio mortis,
nam huius est finis: pulvis et umbra cinis.
Saepe recorderis nunc Heluo quod morieris:
et quae te nuttiant commoda mortis erunt.

Libertas animi fiet vere cibus omni
non est in multis libera mens epulis.

Libes dicatur qui nunc ventri dominatur:
non manet in obomacho libera nunc ratio.

Ditior est super mendicus divite liber
qui parvus panis navior est miseris.

Nullum proveniat, qui parvis pondera portat,
quo cito deposito fit levis omnis homo.

Asper sit victus, durus labor, asper amictus,
si cupias placidi filius esse Dei.

Aspera cuncta tibi, si vis super aethera scribi,
in vita molli, non pete regna poli.

O homo devota peccatum, totque pericla
qui ratione caret, nulla pericla timet.

Iduos vitium superat pecudes sine robore praestat
brutis peccatus nullus erit melior

Iustus nos unit, Superis coniungit et unit
propter victrices vincit homo pecudes.

Si non parebis coelesti sede carebis
iussa Dei iustis sunt facienda viris.

Gaudia si quaeris, nulloque dolore moveris,
nunquam pro coelis commodus esse petis.

Non vult scire satius, quid ieiunus patiebatur
in multis excis lacrima fit capitis.

In melius vitam propehemus vestere nostram
hoc faciet verum posse videre Deum.

Hic emendatam mortali corpore vitam
qui gerit, iratum non timet ille polum.

Cum peccatores lacrymae faciant meliores
prodest peccati poenituisse mali

Hic peccatores discant deservere mores
dum tempus durat, mens quoque dum vigilat.

W.
Littera W duplex.

357

Dei duplex animo W duplex condit in imo,

W gerit in duplo pectore falsus homo.

W duplex semper vult Atheus esse minister
non credit veri facta tremenda Dei.

Emicat ex ipsis divina potentia factis,
omnis in orbe locus fert deitatis opus.

Ex mediis nebulis mundo promarcitur iris
est levis ignotum qui putat esse Deum.

Nel tibi planta quis Numen demonstrat ab herbis
atque refert Dominum sola vel herba Deum.

Nam Deus in minimis sentitibus rebus ubique
quem sic sentimus nonne potens Dominus?

Omnibus in locis cum sit praesentia testis
omnia conservat, qui Deus omne creat.

Nec Dominus claudi voluit, nec munere falli,
quaerit adorari, non sibi dona dari.

Est incessanter Deus hic et ubique potenter
quem quae corde geret mens pia semper habet.

Mundi circuitum Deus implet, alitque rotundum
stant Deus hic et ibi, regnat ubique tibi.

Non immutatur Deitas quia non variatur
praesens illi stat quidquid erit vel erat.

Nec voluit minui maiore minore putari, 358
nec magis est crescens, plura minusve potens.

Ante Deus fuerat, quam res per tempora durat,
eius quos quos sunt saecula, sunt et erunt.

Omne Deus praestat, qui temporibus prius existat,

hinc scio quod vere cuncta queat facere.
Est sine fine Deus lux prima ac ultima solus,
est super omne Deus, Rex, Dominusque meus.
Sicut arena maris, sicut sunt sidera coelis
sic nec habent alios signa Dei numeros.
Auro quid melius? iaspis; quid iaspide? virtus,
quid virtute? Deus; nil datur eo melius.
Se perdit reprobus, quia vult se perdere solus
atque fit electus simplicitate volutus
Tollere nunc mortuum res est tenuissima visum
non possunt falli lumina magna Dei.
Omnia nunc cernens frangit Deus omne resistens,
in soloque Deo credere recta queo.
Absque Deo factum qui vult disponere amatum
hunc valde exiguo tempore dicet amo.
Evenit a Superioris quod agas bene vel mediteris
ut servat juvenes, sic Deus ipse senes.
Ese ope coelesti fit, si quid habebas honesti: 359
proficit absque Deo nullus in obo modo. ✓
Cum quis turpe facit, cur me spectante suberit?
cum spectante Deo non subeat Dominus.
Atheus est semper sibi soli quisque magister
nil proest proprium credere vult genium.
Debet proaeponi Deus humane rationi
haec timeat Dominum semper ubique Deum.
Omnibus in factis, peragendis sive peractis
debemus verum credere corde Deum.
Est Pater, est Mater, Deus est et Spiritus almus,
Christus homo verus, verus et ipse Deus.
Sol tibi splendorem semper parit atque calorem,
sol, calor, splendor, sunt simul ut fatetur.
Sic personatus Deus est trinus, tamen unus,
ut sunt in re nix aqua cum glacie.
Vni male nunc facies, foedaque libidine gaudet

non poterit sacri flaminis esse Dei.
Propter quem fecit Deus omnia, iure refecit
per Christum Dominum saecula nostra Deum.
Atheus hanc volvat, volvendo se sua carpat,
ut sit duplex W, corde queat fugere.
Nil Isaac patitur, cum pro ipso anes iugulatur
nec Deitas patitur, sic homo dum moritur.
Omnis homo vere W semper debet habere 360
W tibi, qui sine W, cur? quia non fit ave.

X.

X modo nullus obex.

Nunc cruce plenus eris, si vis ut glorieris
magnum quae sapient, gloria calcas habet.
Praeco venit Sathanae quo non vult ipse venire
hoc Duce fit praeco, dum spoliatus homo.
Daemon namque crucem fugit, ut malus undique vult,
hinc non vult hominem daemon habere crucem.
Vult peccatorem daemon lartare per orbem
cuius alit morem semper in orbe levem.
Sed facit hinc mortem pro peccatis graviolem,
sic peccatorem perdere vult hominem.
In mensa residens panem cruce non benedicens,
Magnus est porcus, nam comedet quasi sus.
Semper mandentes benedicant vina bibentes,
et laudem referant, atque Deum timeant.
Sic Dominus dextra benedicet prandia vestra,
et cibus, ac potus sanus erit modicus.
Mortuus, signa, cibus, blasphemia deformata vitus
haec propter Dominum turba secuta Deum.
In cruce sed passum pauci comitantur Jesum
cur? quia vix aliquis prolebat acta crucis. 361

In cruce pendentem nunc audio mihi loquentem,
qui pro me passus Christus erat Dominus.
Aspice Seve Dei quo me potuere Iudaei?
Fio peccatis nunc medicina tuis.
Aspice devote nam totus pendeo pro te
stringo manus ambas liber ut esse queas.
Ut vivas morior, non est dilectio maior,
mortem morte domo, ne moriatur homo.
Hunc ego de libyca nativa iurabo leaena
inter et arcadicas delituisse lupas.
Cui tua cruce lacrymas Jesu! hoc causat amaras,
ferro erit is vere, durior et chalybe
O quam cruce felice hominis veteris reparatrix!
O cruce sis mihi lux, sis quoque mihi Lux.
Non sunt inferne cruce spectra gaudia vitae
cruce levat ob poenam, cruce levat aut per aquam.
Cruce te confectum, licet omni crimine praestum
in quavis hora, suscipit absque more.
Christus homo Deus est, qua Xtus homo, mihi prodest,
sicut homo Deus est, omnia sicque potest.
Nemo petit coelum, nisi per te Xte redemptum
et se per poenam salvat homo vel aquam
Te dederat nudum, mundus faciet quoque nudum, 362
Vultu cruce dant tibi flagra cruce.
Si cruce non esset damnatus quilibet esset,
cruce hominisque Dei dat tibi grata rei.
Vulnera flagra cruce pro nobis Xtus ad unguem
passus et ut salvet, tempore mortis adest.
Idem pro me, pro te, bona cuncta creavit amore
omnia pro me, te, servat amore bene.
Est Xtus pro me, pro te, quoque passus abunde,
passus pro me, te, crimina delet Adae
Sed sine me, sine te, nunquam salvabit utrumque,
mi vit peccatae crimina tollat aquae.

Arbore sub qua
 quod primus
 Sed probremus
 delet aqua qua
 Si nil primus
 arbore pro qua
 In cruce sed qua
 hinc cruce pro qua

dam

respens stimulaverat
 foce fit unctus
 natus de virgine qua
 damna prioris
 percerat in arbore qua
 non moreretur
 probremus mortuus
 vivificatus

dam

Y

363

Ypsilon ad finem vocem
determinet omnem.

Laus in fine sonat, virtus in fine coronat,
 stat finis pro re non tamen incipere.
 Ut quis finit post finem taliter vivit,
 principium speret, praemia finis habet.
 Ypsilon ad finem vocem determinet omnem,
 qui fortunatus, fine coronat opus.
 Indiget incipiens virtutis fine senescens,
 sit licet inceptis semita dura viis.
 Contentum scit, dum saccus post aperitur,
 in baculo nodum finis habet validum.
 Exitus ostendit, quo mundi gloria tendit,
 ad finem gravius, seipset habet onus.
 Non dant incepto primordia praemia voto,
 congrua quae donet, praemia finis habet.
 Non laudo factum, nisi sit cito, vel bene factum,
 in rebus finis, si bonus, ille ratis.
 Praemia victorum pendent a fine laborum
 laus in fine canat, quo sine laus lateat.
 Principium lauda quod consequitur bona lauda
 non caeptis, factis laus datur officiis.

364

288

Quando tumet ventus, prodeunt facta latent,
qualia surda tenet ventus apertus habet.

Qua suffocatus comedens mala mica paratur,
cui finisque malus non placet illud opus.

Si finis bonus est, totum laudabile tunc est,
re bene finita laude vigent opera.

Sub nive quod tegitur, dum mixta perit omne videtur,
aetas monstrabit, quis tibi fructus erit.

Hinc tua non iacta, quoniam probat exitus acta,
rem finire iuvat, res bene facta beat.

Nemo potest fieri, nec cernere, nec meditari,
finem salvandi, vel nocumenta mali.

Phenomena quae fugiunt modo, non in fine patebunt,
nullum est absconditum, iudicis ante thronum.

Tunc se noscendum Christus, pleneque videndum,
mundo monstrabit cum cruce sicut ait.

Iudicium veniet, dum flebilis ultio fiet,
tunc malus ignito sulphure flebit homo.

Tempus iudicii vitam proleat peregrini,
iudicium pandet, quid quid in orbe lateb.

Daec tunc est animal poenam sentire gehennae, 365
in qua perpetuae mortificant furiae.

Sunt ibi serpentes flammis ex ore vomentes,
qui condemnatas, excruciant animas.

Sunt ibi tortores, serpentibus horridiores,
deformes, nigri, verticibus nimii.

Ad mala ferentes sunt, ad poenasque recentes
semper anhelantes, multiplicare lues.

Semper inardescunt, nec cessant, nec requiescunt,
faucibus inflammant, mille venena parant.

Semper in aeternum, non obscurabit aeternum,
est ibi densatae congeries nebulae.

Nec sol cum luna, nec stella videbitur una,
in picea flamma semper erit lacryma.

Sunt ibi pro lignis homines miseri cibus ignis,

sunt ibi sulphureae quae sicutantur aquae.

Hic reprobis cuncti, quasi fasciculi sibi iuncti,
sunt sine fine mali, tartarei, stygii.

Esuriunt, sitiunt deformes corpore fiunt,
se cruciant tristes Eumenidum soboles,

Pauci tortores omni gladio se viros,
et mala quae numerat tartara Daemon habet.

Hic dolor atque metus, per saecula cunctaque fletus, 366
omnes ut clamant, se sine spe cruciant.

Corporis ac animal discessus et a deitate,
causat vel solus perpetuos gemitus.

Est ibi damnatis dolor innumerabilis atrox,
quae dantur vae! vae! sunt ibi quotidie.

His in tormentis non est spes ulla salutis,
non ibi sunt metes quas sitiunt animae.

Talia lucra feret, qui mundi sordibus haeret,
talia acquirit, qui sine fine perit.

Sunt tamen e contra benefactis omnia pulchra,
qui se nunc salvant, atque beatificant.

Est iter angustum, quod ducit ad aethera sursum,
qui caelum quaerit sine fine beatus erit.

Est Deus omne bonum cunctorum norma bonorum,
dat bona quaeque rei visio sola Dei.

Visio sancta Dei splendorque suae faciei,
sanctos illuminat, quos ibi laetificat.

Pax, pietas, bonitas, lux, virtus, splendor honestas,
laus ibi concordet, sunt sine fine dies.

Hinc est mens hilaris, dulcedo, vita perennis,
hic non sunt brumae, nox atra vel pluviae.

Hic viget aeternum tempus sine turbine rerum,
quod satiat iustas semper abunde animas.

Hic omnes iusti iuvenes, formaeque venusti,
et quibus hi splendent, plena quiete vigent.

Ut Sol fulgebunt, Dominos similesque manebunt,
sempet gaudentes, se recreant hilares.
Nil ibi desecit, nil languet, nilque sevescit,
nil ibi stat miser, sempet amat ibi.
Nil deformat, nil horrib, nec variatur,
sed confirmatur, quid quid ibi petitur.
Est ibi solennis, incunda diesque perennis,
annes felices sunt sine fine dies.
Unanimes cuncti, velut uno corpore iuncti,
non ibi velle meum, non ibi velle tuum.
Omnia [?] sunt, et sua corda videntes,
in solo captant lumine quid quid amant.
Nil tibi deficit, Deus omnibus omnia fiet,
quod tibi quis cupiet, Numen ei tribuet.
Huc gressus urge, mundi de stercore surge,
qui bonus hic in vae, dat tibi finis ave.
Mundo non credas, quia nescis quando recedas,
ne tunc te perdas, nunc vigilanter agas.
Vae vano mundo, venies cum Xte secundo,
cui [?] quia tunc nullo, stat miserere loco.
Huius terrorem timeamus amemus honorem,
cui sunt extorremi credita iura fori.
Heu fuge res viles, Xti fortissime miles,
non petis exilium, qui cupiet solium.
Heu fuge iucundi laqueos, et tectia mundi,
quid quid in orbe micat, decipulas generat.
Amplius in nugis noli sperare caducis,
sempet sit tua mens, gaudia sancta tenens.
Festose festinus mundum, quia fit peregrinus,
in qua vis hora praeterit absque mora.
Ad coelum sospes veniet qui transit ut hospes, 368
nullus in hoc mundo stat bene firmus homo.
Cum tumulum aetnis, cui non mortalia spernis?
illa crede domo claudibit omnis homo.

367

Errat homo vere qui cum bona possit habere:
mundi se miseris implicat insidiis.

Sponte subit poenas, infernalesque catenas,
cui mundi foetor fit modo gratus odor.

Forma, genus, mores, sapientia res, et honores,
morte cadunt subita; sola manent merita.

Contemptor coeli, tibi dico mente fidei,
gaudet fine brevi, quod fit in orbe levi.

Linque quod est vanum, nec opus fac omne profanum,
quaeras promissum semper in orbe polum.

Vel bona vel mala tors, tandem fiet tibi contors,
quod quaeris pridem finis habebit idem.

Post mortem qualis? finis fiat tibi talis,
hic sua fructificans, est mala damnificans.

Ypsilon angelicum, Dominus penetrare cerebrum
iusserat, ut digitus fecerat angelicus.

Namque nocere mari, terris acique polari
Angelus haud voluit, sicut et abstinuit.

Donec signavit servos, quos fronte notavit:

Ypsilon externa multa valente nota.

Ut vel sic homines nunquam facerent ut inanes
sed filium colerent, quo sua lactificent. 369

Re bene lactamur, si finis laude beamur,
semper constantem finis habet requiem.

Sed Deus hanc cunctis, aut hic vel ubique sepultis
lucem, quae petimus, donet eis Dominus.

Z

Pando tibi ficum Zoile relinque metrum.

Fio tibi speculum tu Zoile da mihi cultum,
ut videas vitium, quod tibi nunc proprium.

Idei quaeris discum, noli te prodesse fiscum,
pando tibi ficum, Zoile relinque metrum.

Omnibus in triviis non est foedanda poetis
ut laudes potius, disce tacere prius.

Herbas apud variis excerpimus omnia libris,
ut crescat maior dulcis in ore liquor.

Herbas acus alios tu pingis Zoile libros:
ut tibi nunc maior crescat in ore labor.

Quod tamen in speculo Basiliscus habet bene cultu,
hoc tibi pro libro crescat in ore tuo.

Doctus es incipiens, sed doctior incipe discens,
qui tantum carpit Zoile nil didicit.

gloriosus in verbis, terearis Zoile mendis,
te ficu cumulo, sed mea neque meto.

Te dixit huncum Ptolemaeus in arte malignum,
conserve huncum, non dabo mercurium.

Omnis nunc in re tu vis lectissimus esse,
Mars mihi, lesque tibi lectus amore mei.

370

Ipse malus es, verum semper iacularis Homerum,
desine iam verum tangere, tange bonum.

Si per = fidus ego, cur perfidus es mihi quare?
a titulo fido proximus inquis ego.

Proximus esto tibi me talem noscere noli,
cur ita? vicinos non amo Zoile malos.

Scaliger annoti correxit tempora mundi
se non vult Zoilus corrigere in melius.

Numquid in octavo modo sunt mendacia mundo
Zoile? vel in quarto quare an in solo.

In decimo sexto mendacia sunt modo mundo,
sed nunc sunt Zoilo, quolibet in folio.

Pro re sincera dico tibi Zoile vera,
sed tu pro veris dicere falsa petis.

Mentiris foream qui dixerit esse: relinquam,
nullum maius eo dulcius esse puto.

Ut mendare vivat Zoilus mendacia dictat,
Zoilus mentitus, se putat esse decus.

Narras Zoile meum quem corpus carmine vestum,
vix pnto quod tuus est, quo meus esse poteris.

Noxas carpo malas, ideo me Zoile damnas,
consciis an damnas? quas reprehendo malas.

Cus tibi plus metuas alius, fortasse ego noxas,
cum reprehendo malas, tunc reprehendo tuas.

Ipse mihi dixisti, recipiscere: non tibi fidi,
Zoile cum nunquam, te sapuisse sciam.

371

Nostra tibi brevitās, levitas, non fiet egestas,
nec labor ille levis, qui studet esse brevis.

Non facio ut multi, qui dicunt plura multa,
sed labor hic brevitās, Zoile sed haud levitas.

Ipse nil dando meis, metris cumulas modo mendis,
et medicus modice nil dat ait recipe.

Carmina me vivo sepelis, tibi Zoile dico,
pergit saepe senem filius ante patrem.

Sint igitur vivo, vel me sint membra sepulto,
carmina pro aeterno me genuisse nego.

Displiceant Zoilis: ut fit: mea carmina stultis:
carmina nuncero, nostra placere volo.

Sat mihi si pauci Lectores: dum modo docti,
si mea nemo legit, Sat mihi doctus erit.

Stulta rogatorum me tardat turba virorum,
quaeritat in lingua dum nova quisque sua.

Quid sunt metra novi; nil sunt, sed nec bene novi:
aut si quid novi, nil tamen aio novi.

Ex vatum ingenis multorum gloria doctis,
debetur doctis laus bona quaeque metris.

Egregius non sum vates, tamen e grege vatum, 372
e grege non Zoilus si tamen egregius.

Pingit ad tabulas formae peritura vetustas,
quod perit in formis, vivat ut in tabulis.

Zoile cus in re peris ultimus esse,
quod canis in caudis perficit, ore facis.

Ne cane sis periat pesceas velut ultimus error,
me prodo sine te, tu maneat sine me.

Hen! mea quam tutus compono carmina mutus,
et si nunc blaterat Zoilus hoc quod amat.

Laudatus Zoilus, nam semper fit sibi volus,
sed finem scindit quam fulvicare nequit.

Urosus Gallosum finem proscindit equorum,
Zoile petis finem, scindere, sed tenuem.

Ut asinis, mulis finis tenuis modo quivis:
si non vis mulis scindere, scinde asinis.

Ut tibi pro voto succedant res quoque toto,
quam scindis caudam nunc imitare tuam.

Proxima nunc asini cauda stat culo ministri,
cauda facit pro te, lambere sic satage.

Defuncto parces, viventem Zoile carpes?
non tamen hinc ideo mortuus esse volo.

Plena tibi libro stat bibliotheca coemptis, — 373
omnibus ut svadeas, Zoile doctor ades.

Hoc modo tu chordas coëmas citharasque sonoras
omnibus his emptyis cras citharoedus eris.

Cum tua non edis, quare mea carmina carpis?
vel tua producas, carpere vel negligas.

Semper habes emptyum, carmen recitas alienum,
cur audes metrum dicere iure tuum.

Cum de re nulla possis tibi condere metra,
hinc non est mitum cum facias proprium.

scripsunt multi laudes, hoc tempore docti,
hinc laudes scriptas tu lege Zoile tuas.

Zoile per linguam non dicis me esse poetam,
est verum fateor; cur? quia vera loquit.

In te nil vides quod amem, laudemque probando,
in te nil vides Zoile quod invides.

Nil praeter calvum tu scis cantare catullum,
mycetus non es simius esse potes.